Georgius de Homonna
7/9 1619

\+

Ill.me et R.me Domine, Domine colendiss.e

Seruitiorum meorum in grãm Ill.ae et R.mae D. V. paratissimã commend.m

Furor haereticus, qui vicinas prouincias iam à biennio populatur, etiam
nrãm Hungariã ex insperato antè dies aliquot inuasit. Persequuntur
haeretici Catholicos hostiliter, ij maximè, qui erga Regiam Mtem fidelitatem si-
mularunt, et me in primis, qui secundam post Regiam Mtem inter secula-
res proceres dignitatem habeo, Judex enim Curiae Regiae sum, iamque Sacerdotes
et Catholicos nonnullos, milites ipsorum crudeliter neci dederunt. Potuisse-
mus quidẽ illis nos Catholici sat commodè occurrere, si fraudulentos illorum co-
natus perspectos habuissemus; sed uerbis pulchris, et pacẽ pollicentibus cir-
cumuenti, prorsus imparati sumus, nec coire possumus: antequã uerò Serenissimus
Rex, et Dñs nr Ferdinãdus nobis succurrat, uel exercitus illius in diuersa dis-
tractus, ingens statui Cathco clades infertur. Quare obnixè obnixè rogo et meo, et
aliorum Cathcorum Regni Hungariae nomine Ill.am et R.mam D. V. tanquã zelosum
Praelatum, Vicecancellarium, et Regiae Mtis intimũ Consiliarium, ut author sit
Suae Sacrae Regiae Mti, ut suis copijs quas iã paratas hẽt, cũ nulli hostes mo incly-
tum Poloniae Regnũ infestent, nobis quam primũ suppetias ferre dignetur. Erit
hoc et ad Dei summi gloriam, et Polonorum bellicosiss.ae nobilissaeque genti decus per-
petuũ. Haeretici, probabile ẽ, qd nrã clade cõtenti nõ erunt; sed Hungaria occupa-
ta data opportunitate et Poloniã inuadent, ideoque maturè conatus illorũ retun-
dendus esset. Quod si fecerit Ill.ma et R.ma D. V. in perpetuũ nos oẽs sibi deui-
ciet. Deus Opt. Max. Ill.am et R.mam D. V. diutissimè saluã et incolumẽ cõ-
seruet. Homonnae 2 Sept. 1619.

Ill.ae et R.mae D. V.

Stor. et Amicus parat.

Comes Georgius Drugeth
de Homonna

308

INSTYTUT BADAŃ

309

INSTYTUT GADAN

309

INSTYTUT BADAŃ

+

Illmo et Rmo Domino, Dno Andreæ Lipski

Episcopo Luceoriensi, Regni Poloniæ Vicecancella-

rio, et Sacræ Regiæ Mattis intimo Consiliario Do-

mino colendissimo.